



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per
Aphorismos Strictim Explicatum**

Corvinus van Beldern, Arnold

Amstelodami, 1663

Officio Coadjutoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10591

Habent Archipresbyteri jurisdictionem voluntariam, non contentiosam, nec territorium ullum; nisi in foro pœnitentiali: & tum illud Episcopo est commune. *Abb.*
& alii in c. cum contingat. 13. de foro compet.

De Officio Coadjutoris.

T I T. XVII.

Coadjutor est, qui vices gerit Episcopi, aut alterius, etiam inferioris, ut Archidiaconi, &c. qui vel muneribus quibusdam obeundis non est idoneus, puta verbo Dei ad populum ferendo, Ecclesiis invisendis, reatibus subditorum audiendis, pœnis inurendis; vel aliquâ justâ causâ perpetuo impeditus est; ut ægritudine, senio. *tot. tit. de Cler. ægrot. & c. un. eod. in 6.*

Eum sibi adsciscit Episcopus, de Capituli sui vel majoris partis consilio & consensu, auctoritate Pontificis, moderatis sumtibus ei ex proventibus suis tributis: *d.e. un. cum spe futuræ successionis, sed non, (quod Concilio Tridentino statutum, cap. 7. sess. 25. de reformat.) nisi causâ prius diligenter à Pontifice cognitâ.*

De Officio Vicarii.

T I T. XVIII.

Episcopi, vel alii Clerici, si necessariis causis impedianter, quominus officiis suis possint supereesse, viros idoneos, quibus vices suas mandant, possunt eligere; assignata iis certâ proventuum Ecclesiæ aut beneficii portione. *c. extirpandæ. 30. §. qui verò. de præb. c. beneficium. 4. de regular. in 6. c. pervenit. 28. de appell. c. cum ex eo. 34. vers. porro. de elect. in 6.*

Idonei non sunt, Ordinis Mendicantium Religiosi, Monachi, Clerici regulares, nisi cum licentia Prælati, cui sunt subjecti, *c. 22. in nona. 16. qu. 7. Clem. et si. 2. verb. ad Prioratum. de rescript. Rebuff. in praxi. tit. de Vicar. Episc. num. 30. nec laici. d. c. in nona. 16. qu. 7.*

Constituuntur Vicarii vel ad divina ministeria celebranda; & nomen retinent: vel ad jurisdictionem exercendam: *Gl. in*